

rusalem, sive de Virginibus, quod ducante D. Pietro Ziani an. D. 1223, Ducatus an. 19, cum R:^{mus} Pater Ugolinus Sacr.^e Rom.^e Eccl.^e Cardinalis, Episcopus Hostiensis, Legatus Apⁱ in partibus Lombardiae, ut securius seditiones sedaret venit Venetias, & Sereniss.^r Duci persuasit, ut Monasterium S. Mariae in Hierus. sive de Virginibus nominatum fabricaret. Quod Dux perficiens & dotans, Patronus cum successoribus suis statuitur.

¶ Cio narra il Dandolo lib. 10, cap. 4, part. 40, e da lui il Corner IV, 1.

991) Item Hospitale S. Marci, & Domus Dei, loca construeta & edificata propria pecunia Ill:^m Ducum. Nec dictorum Hospitalium Piores debent aliquas expensas magnas facere absque scientia Sereniss. D. Ducas, & singulo anno debent ei ostendere rationes, & administrationem, & omnia computa: & hoc sub debito sacramenti, ac pena privationis Prioratus.

992) Item Ecclesia S. Mariæ de Capite Brolii: Abbatia S. Felicis de Cumanis, sive Ecclesia SS. App. Philippi & Jacobi: Albatia S. Egidii de Fontanella: Prioratus S. Jacobi de Ponteda Diæcessis Bergomensis. Hæc omnia Beneficia Summi Pontiff^e cupientes Templum S. Marci de Venetiis excellentissimum conservari, ne tam dignissimum opus corruat, unierunt & annexuerunt & incorporaverunt ea legi, ut & in corpore & membris Ecclesiæ S. Mariæ Venetiar. Ducum Ill:^m Capellæ subsint.

993) Sunt & alia privilegia pro dignitate & magnificentia dictæ Capellæ S. Marci, que a Sacros. Rom.^e Eccl.^e Pontificibus concessa fuerunt, ut Principe*rii* assumti & electi per Excel:^m Principem pon-